



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

I. Instruendus populus de necessariis pro Baptismo necessitatis,  
præsertim ab Obstetricibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

*Vbi prædicta non inuant, in rebus perplexis  
rationem in consilium aduoca.*

**F**It quoq; non rarò, vt res graues, & perplexæ, neque ex Rituali, neque Consuetudine, neque ex Statutis Synodalibus, aut Episcopi rescripto resolui possint, ergo cum Moyse recurrere ad oraculum, ad preces, inquam, & ad Deum, ad Doctores præterea, siue libros Doctorum; aut in consilium aduoca è viciniâ alios Parochos, si qui sint expertiores, quòdq; iudicaueris rationi magis consentaneum, sequere,

## C A P V T II.

Instructiones circa Baptismum,  
& Confirmationem.

### NVM: I.

*De necessitate Baptismi, & curâ illius.*

**H**Æc est ianua reliquorum Sacramentorum, sine cuius re vel voto suscepti gratiâ, extra priuilegium martyrii, nulli salus obtingere potest. Hinc intelligis, quanto studio, quâue

D

dili-

diligentiâ incumbendam ex officio tibi  
sit, ne dum es absens, aut cunctaris, aut  
aliquid ex requisitis ad valorē præteris  
infans, præsertim tuâ culpâ, æternū  
pereat. Quia verò sæpe accidit  
repentini casus, quibus ob necessitate  
Laici baptizare debeant, populum de  
râ, captatâq; occasione diligenter in-  
strues de intentione, materiâ, & for-  
mâ, quam expedit, magis vt lingu-  
vernaculâ sciant; monebîsque, vt  
mul eam proferant, cùm aquam cor-  
pori ipsi affundunt, neque vnus pro-  
nuntiet, alius abluat; si aqua glaci-  
ta fit, liquefaciant; si frigidior, quam  
vt infans ob infirmitatem pati queat  
nonnihil calefaciant; si benedictam  
aquam habent, eâ vtantur, alioquin  
alia in necessitate sufficit. Præterea  
infans necdum sit ex vtero egressus, &  
tamen periclitetur, caput abluant: si  
minus, manum, aut pedem, aut quam-  
cunq; aliam partem corporis, si quid  
amplius non possint, cum intentione  
effici-

efficiendi, quantum eo casu possunt :  
sive manu, sive aliquo instrumento,  
quâvis deniq; arte aquam admoueant:  
ita tamen, vt postea, quid & quomo-  
do circa illum baptismum fecerint,  
Parocho referant. Hæc verò omnia  
magis scire debent obstetrices, ideòq;  
priusquam ad munus obstetricandi  
admittantur, & aliàs subinde, inter-  
rogabis, an sciant ea, quæ ad ritè bap-  
tizandum necessaria sunt; præterea à  
perito artis examinandæ, & instruendæ  
de iis, quæ ad illam artem perti-  
nent: vt infantes ad baptismum per-  
ueniant, plurimùm id refert: item, vt  
quantum fieri potest, Catholicæ sint,  
& probæ, nam hæreticæ minùs fortè  
de necessariis curant; improbæ verò  
subinde deprehensæ vti maleficiis, aut  
superstitionibus.

NVM: II.

*De matrum scissione.*

**V**T infans vtero clausus baptizari  
possit, mater viuens excindi non

D 2

fo-